







DISPUTATIO SEXTA,

QUA

ACTA

S. APOSTOLORUM

EX SCRIPTORIBUS ANTIQVIS  
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-  
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTO-  
RIBUS CLASSICIS GRÆCO-RO-  
MANIS ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,

Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Latinarum,  
nec non Poësius & Pædagogiarcha,

PRAESES,

ET

CASP. CHRIST. KRÖSCHEL,

ALLENDORFFANUS AD SALINAS,

RESPONSURUS AUCTOR,

PRO GRADU MAGISTERII

Publicæ Dnn. Commilit. Disquisitioni h. l. l.

Ad Diem 2. MARTII MDCCXIV.

subjiciunt.

---

*In Academia Marburgensi,*

Typis Henningi Mülleri, Acad. Typogr.

DISPUTATIO SEXTA

QUA

ACTA

APOSTOLORUM

EX SCRIPTORIBUS ANTIQVIVS  
ACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-  
RIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTO-  
RIBUS CLASSICIS GRÆCO-RO-  
MANIS ILLUSTRATA.

OPUS CASP. SANTOROCCHI

CASP. CHRISTI KRÖSCHELI

PRO GRADU MAGISTERII

IN ACADEMIA PAVLOVA

IN ACADEMIA PAVLOVA

IN ACADEMIA PAVLOVA





\*) o ( \*)



J. N. D. A.

ACTA S. APOSTOLORUM  
ILLUSTRATA.

ΚΕΦ' ΑΛΛΑΙΟΝ. Α. Ι.

VERS. III.

— Καὶ λέγων τὰ ἔθνη τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

*Versio Lat. Vulgat.*

— & loquens de regno Dei.

§. I.



E diligenti resurrectionis I. Christi assertione, quæ membrum hujus versûs tertii primum constituat, in (a) Disputatione nostra quinta egimus, nunc autem pertractandum sequitur membrum versûs ejusdem tertii secundum s. ultimum, id quod in sese doctrinam s. institutionem de Dei regno continet: h. v. Καὶ λέγων τὰ ἔθνη τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

*Connectio inter V. & VI. Disput.*

II. In particip. λέγων, quod conjunct. καὶ cum præcedente part. ἐπιλανθόμενος simili casu, numero & genere connectitur, duo notabimus. 1. *Etymologiam.* 2. *Versionem.* Quantum ad *etymologiam*, nemo nobis vitio vertet, si præeunte (b) Martini: supponamus, verb. λέγω deducendum esse, vel à γῆ, gula, fauces, quæ loquendi organum: vel à ὠρῆ, legio, collegit, quia loqui s. dicere significat, diversos jungere sonos, eosque in unam dictionem s. sermonem colligere.

*Etymologia participii λέγων.*

A 2

§. III.

(a.) *Disp. V. Præmonit. §. II. pag. 3. & 4.*

(b.) *M. Martin. Cæch. Græc. Phæn. in voc. λέγω p. 77. 60.*

Verſo par-  
ticipii λέ-  
γων.

§. III. De verſione participii λέγων conſtat, quòd interpretes Latini eam variè reddiderint: (c.) alii enim loquens; (d.) alii dicens; (e.) alii diſſerens expoſuerunt. Verſionibus hiſce ſuum quamvis concedamus valorem, tamen nihil obſtare videtur, quòd minùs ſupplendum videatur. Proinde mallemus potiùs vertere; λέγων diſſertè cum eloquio dicens: Chriſtus enim potentiùs iſtis Judæorum Phariſæis & Scribis dicere ſolebat: Indeque multà cum emphafi (f.) λέγων à λέγω appellatus. Conſulatur (g.) Epiphanius, cui Jeſus hanè ob cauſam dictus; ἔμπνεύς καὶ ἐκζητής τῶν μεγάλων τῶ Θεοῦ βιβλημάτων. Quòd autem λέγων ſit diſſertè cum eloquio dicens; prolixiori demonſtratione haud indiget. Audiatur modò (h.) Budæus, qui inquit: τὸ λέγειν uſurpatur ἐπι λογογράφων, i. e. de oratoribus; qui copioſe & ornate dicunt. Eodem etiam modò ab (i.) Eupoli, (k.) Thucydide, aliisque auctòribus Græcis probatis τὸ λέγειν pro diſſertè dicere adhibetur.

Adhuc

alia verſo  
partic. λέ-  
γων.

§. IV. Adhuc aliam participii λέγων verſionem, ſi æquò feratur iudiciò, ſuppeditabimus. λέγων enim præcipiens ſi mandans aptè vertitur: ita ut hic ſit ſenſus verborum; Scilicet Jeſus præcepit ea, quæ ad Dei regnum pertinent. Similis verbi λέγων ſignificatio exſtat (l.) Marci 5: 41. (m.) Act. 15: 24. Notum quoque ex Auctòribus Græcis, ſynonym. verb. ἕπαις ejuſdem eſſe valoris ex. gr. (n.) ἕπαις ἀρῆσαι, præcepit relinquere: (o.) ἕπαις μεδεῖναι παρθένου, præcepit virginem dimittere.

§. V.

(c.) Alii ex. gr. Vulgatus, Eraſmus, Oſander. (d.) Alii ex. gr. Ar. Montanus, Th. Beza. (e.) Alii ex. gr. 7. Calvernus, Rod. Gualtherus. (f.) Joan Evang. Cap. I. 1. & ſeqq. (g.) Epiphanius apud G. Crauſer. Phosphor. Græc. Voc. & Phraſ. N. Teſt. pag. m. 344. §. 319. (h.) Bud. Comm. Græc. pag. 415. (i.) Eupolis diſtinguit λαλεῖν ἀεὶ & λέγειν ἀδυνατώτατ. i. e. loquentia multum, eloquentia nihil habens. Vid. apud G. Crauſer. Phosphor. Græc. Voc. & phraſ. N. Teſt. §. 318. (k.) Thucyd. l. 1. de Pericle λέγειν καὶ περιτεύθειν δυνατώτατ. i. e. oratione potentiffimus. (l.) Marc. 5: 41. σοὶ λέγω, i. e. tibi præcipio. (m.) Act. 15: 24. λέγοντες περιτεύθειν, i. e. præcipientes ſ. iurantes circumcidi. (n.) Eurip. Iphig. Aulda. v. 94. (o.) Eurip. Hecub. verſ. 552.



§. V. Pergit textus noster addere objectum, de quo *Vulgatus* Christus disertè dixerit s. præcepit his verbis: τὰ τοῦ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. *Vulgatus* vertit simpliciter, *de regno Dei*, & propterea corrigendus. Neglexit enim emphaticum Græcismum latentem in articulo τὰ, qui [artic.] involvit per

clipsim particip. verbi subit. αὐτῶν, scilicet ὄντα, ita ut versio sequens locum habere debuisse; τὰ τοῦ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. i. e. ea, que spectant ad regnum Dei.

§. VI. Nec ante voc. βασιλείας emphasi omni caret *Emphasis* articulus τῆς, quò indicatur, Christum verba fecisse non de *articuli* quovis regno, sed de certo illo *Dei regno* spirituali & cœlesti, *prapof.* de quo jam ante passionem & resurrectionem suam sæpius dixerat. Plura ejusdem generis exempla, quæ articuli præpositi, Græc. vim demonstrativam probant, huc non adducimus. Ne tamen nostra pagina omni planè destituatur exemplò, adducamus unicum ex (p.) Matthæo: πῦρ ἐστὶν βασιλεὺς NB. ὁ τοῦ θεοῦ βασιλεὺς NB. τὸν Ἰουδαίων; ἰδοὺ μὲν γὰρ αὐτῶν NB. τὸν ἀέρα ἐν NB. τῇ ἀνατολῇ &c. i. e. Ubi est ille, qui natus est rex *Judæorum* ipsorum &c. hoc est, non quivis rex, sed καὶ ἕξοχῶν ille, qui humani generis redemptor expectaretur &c.

§. VII. Restant vocab. βασιλεία τοῦ Θεοῦ explicanda. Βασιλεία *βασιλεία* [composit. ex βασις, fundamentum & λῆδς, popu- *exponitur.* lus] dicitur aliàs regie alicujus potestatis status, in quo penes unum rerum summa esse solet; aliquando absolute, aliquando cum moderamine, sicut ex Politicorum & Lexicographorum voluminibus innotescit. Quòd verò Christus hic dixerit de tali regno mundano s. terreno, non liquet: Sermo enim factus erat de NB. *DEI* regno id quod (q.) Gregorius accepit de Ecclesia, in qua homines instituuntur ac preparantur ad regnum cœlorum. Planiora & prolixiora de hoc Dei regno dicenda quare in scholis Theologorum. Nos ad vocab. Θεὸς illustrandum properamus.

§. IIX. Vocab. Θεὸς & in multis linguis (r.) terra- *Voc. Θεὸς* *gram-* *exponitur.*   
 A 3

(p.) Evangel. Matth. Cap. II. v. 2. (q.) Gregor. Homil. XII. in Evangel. (r.) Nomen Dei tetragrammaton. ex. gr. Hebr. יהוה, Græc. Θεὸς, Latin. Deus, German. Gott. Ital. Iddio. Gallic. Dieu, Hispan. Dios.



grammaton, & ab (s.) Etymologicis scriptoribus (s.) variè derivatum, est procul dubiò tale nomen, quò divinum Numen majestate quadam & excellentià præ aliis Θεὸς λεγόμενος & salis insignitur. Notandum autem, illud ipsum vocab. Θεὸς præter (u.) improprias, quas habet, significationes, in sensu proprio I. εὐαγγελῶν i. e. *essentialiter* pro divina essentia toti SS. Trinitati communi; II. ὑποκαταστάς i. e. *personaliter* pro una aliqua SS. Trinit. persona usurpari posse. Confirmatur hoc à (v.) Damasceno dicente: ΘΕΟΣ καὶ τὸν κοινὸν τῆς οὐσίας ἀναμείνει, καὶ ἐφ' ἑκάστη τῶν ὑποκαταστάσεων τὰ τέλει παρανοούμενος, ὅστις καὶ ἀνθρώπου ἐστίν. ΘΕΟΣ γὰρ ἕν ἐστιν ἔχει οὐσίαν, καὶ ἀνθρώπου ὁ ἀνθρώπινον, i. e. DEUS & communem naturam significat, & unamquamque hypostasin denominat, ut homo. DEUS enim est, qui divinam habet naturam, & homo, qui humanam.

Voc. Θεὸς  
hic accipitur  
essentialiter.

§. IX. Quantum ad textum nostrum, me quidem iudice, vocab. Θεὸς *essentialiter* i. e. de tota SS. Trinitate accipiendum: nam, ut patet ex hujus βασιλείας τῷ Θεῷ erectione & administratione, certò sub respectu reges in hoc regno existunt omnes tres divinæ personæ, Deus Pater, Filius & S. Spiritus. βασιλεία à PATRE eligitur, & filio traditur: à FILIO acquiritur, redimitur & S. Spiritui committitur: à S. SPIRITU ad Filium adducitur, & tum à FILIO ad Patrem reducitur. Sed quo fertur? Nolumus facere, ut ajunt, μεταβαῖν ἐς αἰὸς γῆς & spectat materia hæc ad cathedras Theologicas.

§. X. Ve-

(s.) Etymologici tales sunt, Scapula, Harmarus, Vossius, Furgerus, Martinus, Svicerus &c. in voc. Θεὸς s. Deus. (r.) Variè derivatur voc. Θεὸς: vel ab αἰδέν, urere, vel à δῖος pro δῖος Joviter, vel à δῖος, timor, vel à θεῖναι, videre, vel à θῆναι, curvere, vel à θεῖναι, positio, s. τίθηναι, pono, vel à θεωρεῖν, spectare &c. (u.) Improprie significationes vocabuli Θεὸς sunt, quoties imponitur I. Hominiibus piis & justis ex. gr. Athanas. de definitionibus. Tom. 2. p. 44. Χριστὸν καὶ δῖον λέγονται Θεὸν καὶ ἐν δίκαιον i. e. Etiam justī appellantur DII gratiā & adoptione. II. Magis stratibus. ex. gr. Psalm. 82: 1. III. Diis falsis s. idolis. Act. 7: 43. Item Photius Epist. 162. p. 217. & passim in Pœtisi Ethniciis (v.) Damascen. Lib. III. O. rhod. fidei. Cap. XI. p. 27.



§. X. Quod si verò quis cognoscendi avidus ex nobis quæreret: ecquid per *ta* *dei* *res* *basilicas* *tu* *dei* intelligendum? Quænam fuerint objecta sermonis illius de regno *dei* à Christo habiti? Respondemus: Quamvis Lucas sermonem verbo tenus per omnes & singulas periodos & partes non commemoraverit, ex aliis tamen (*vv.*) locis scripturariis facit licet ea, quæ Christus *dei* *res* *basilicas* *tu* *dei* disertò ore pro more dixerit. At verò prætermisiss omnibus conjecturis (*x.*) Calvini hac de re audiamus sententiam: Colligimus, scribit, *Summam Christi sermonum fuisse, de humani generis corruptione, de tyrannide peccati, cui mancipati sumus: de maledictione & eterna mortis reatu, cui subjacemus omnes: item de modo recuperanda salutis, de peccatorum remissione, de carnis abnegatione, de spirituali iustitia, de spe vite celestis & similibus.* Hæc tenus Calvinus. Quicquid itaque (*y.*) Pontificii nobis obgnant de multifariis & mirificis *traditionibus*, quas Christus tum temporis de auctoritate summi Pontificis, de sacrificio missæ, de invocatione sanctorum, de ritibus singulorum ordinum, &c. revelaverit, id Theologorum saniorum scripta satis depexum dederunt.

*Quæritur, quid per ta dei res basilicas tu dei intelligendum?*

§. XI. Sicut Calvini sententia de sermone Jesu Christi dicenda elegans, ita curiosa satis videtur (*z.*) Joannis d'Espagne quæstio, nimirum quare nullus nisi solus Salvator inter omnes, *cur* *Christi* qui in S. literis à mortuis resuscitati leguntur, (*x.*) *loquens* post resurrectionem introductus fuerit? *Nous lisons bien, inquit post resurrectionem*

*Quæritur à Joan. d'Espagne, cur Christus post resurrectionem*

(*vv.*) ex. gr. *Matth.* 4: 17. 6: 33. 23: 18, 19. *Marc.* 16: 16. 1. *Cor.* 15: 24, 28. *Philip.* 2: 7, 8, 9, 10. *Psal.* 45: 7. *Luc.* 1: 33. *Hebr.* 1: 8. *Ecce* Adde, *his*, explicationem regni caelorum per parabolas, puta, seminii in agrum sparsi, farosis & zizanii à maligno intersparsi, gravi sinapis, fermenti, thesauri defossi, sagena in mare missa. *Matth.* 13: 2—52. Item nuptiarum Regis filio paratarum. *Matth.* 22: 1—14. *Ecce.* (*x.*) J. Calvin. *Comment. integr. in b. 1.* (*y.*) Pontificii scil. C. à Lapide & J. Lorinus *Comment. in b. 1. & alii [z.]* Jean d'Espagne *Oeuvres Tom. I. dans les nouvelles observat. sur le symbole de la Foi.* [*x.*] Christum post resurrectionem locutum fuisse, patet imò ex textu nostro, scil. ex *Y. 3.* Cap. 1. *Ad* item ex *Verf. seqq.* 4, 5, 7, 8. *Udo* ex *Matth.* 28: 9, 10, 11, 19, 20. *Marc.* 16: 14—18. *Luc.* 24: 17, 19, 25, 26, 27, 36, 38, 39, 41, 44, 45, 46, 47, 48. *Ioan. Evangel.* 20: 15, 6, 17, 19, 21, 22, 23, 26, 27, 29. *Ibid.* Cap. 21. *Y.* 5, 6, 10, 12, 15, 16, 17, 18, 19, 22, 23, &c.

*loquens introductus?*



linguâ suâ vernaculâ, de Moÿse & d' Elie, qu' étoient retournés au monde, ils parlerent avec le Fils de Dieu, en sa transfiguration; & le sujet de leur discours étoit l'issuë, que le Rédempteur devoit accomplir en Jérusalem, Luc. 9. Mais au reste, tant de morts, qui ont été resuscités, gardent le silence dans la (Sainte) histoire: car elle ne recite aucune parole, qu'ils aient prononcée, encore qu'elle marque d'autres particulâres, qui semblent moins considérables. Et paulò post pergit auctor: Là dessus il faut considérer, pourquoi l' Ecriture ne recite jamais ce qu'ils ont dit: car une omission si notable, & si universelle ne peut pas être sans cause. Nous trouvons donc, que c' est un HONNEUR, qui étoit réservé à CHRIST, d' être le SEUL entre tous les resuscités, duquel les paroles fussent registrées; le SEUL, qui parlât dans l' Ecriture; le SEUL d' entre les morts, que nous puissions écouter. C' est pourquoi la sainte histoire exprime fort amplement les paroles, que le Fils de Dieu a prononcées après sa résurrection &c. Reliqua apud Auctorem loc. citat. videantur.

Finis piò  
imponitur  
monitò.

§. XII. Atque hæc hætenus de illustratione membri secundi s. ultimi. Vers. 3<sup>ii</sup>, in quo doctrinam s. institutionem de regno Dei vidimus, dixisse breviter sufficientiam Modò hoc unicum coronidis locò piè monere liceat. Exemplum Christi, qui Apostolos ad Evangelii prædicationem & Ecclesiæ suæ ministerium destinatos, in regno Dei cognoscendo tantâ diligentia erudit, oscitanter observandum esse, minimè censemus. Docemur enim hõc exemplo, ut verbis (\*\*\*) Arcularii utamur, ad munus in ecclesiâ docendi neminem aspirare vel admitti debere, priusquam in præcipuis Christianæ doctrinæ capitibus rectè fuerit institutus. Quod quidem, pergit idem Vir doctus observandum fuerit I. tum Theologiæ studiosis, ne imperiti aliquando & rudes ad tantum munus accedant: II. tum quoque iis, penes quos est & eligendi, & vocandi ecclesiæ ministri potestas, ne ineptos admittant, & ecclesiâ præsciant.

(\*\*) Daniel Arcularius p. m. SS. Theol. Doct. & in Academia nostra Marburgensi quondam Professor Celeberrimus, Commentar. Alt. Apostol. in h. l. pag. 8. §. IV.

M. O. Δ.

Finis Dissertationis Sextæ.



Jé 2511

ULB Halle 3  
002 379 813



7200

VD17 VD18







DISPUTATIO SEXTA,

QUA

# ACTA

## S. APOSTOLORUM

EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS  
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-  
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTO-  
RIBUS CLASSICIS GRÆCO-RO-  
MANIS ILLUSTRATA,

### JOAN. CASP. SANTOROCCUS,

Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Latinarum,  
nec non Poësis & Pædagogiarcha,

*PRÆSES,*

ET

### CASP. CHRIST. KRÖSCHEL,

ALLENDORFFANUS AD SALINAS,

RESPONSURUS AUCTOR,

## PRO GRADU MAGISTERII

Publicæ Dnn. Commilit. Disquisitioni h.l. f.

*Ad Diem 2. MARTII MDCCXIV.*

subjiciunt.

*In Academia Marburgensi,*  
Typis Henningi Mülleri, Acad. Typogr.

